



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

25. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

25. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis.

**Q**uum hæc Christi verba de superbis & de humilibus doctissimi in Ecclesia Patres hactenus intellexerint, August. serm. 8. de verbis Domini, Gregor. Moral. lib. 27. cap. 9. & Hilarius in com. in hunc locum, ut in Prompt. Cath. in festo S. Mathiae ostendimus, ad quos etiam accedit Chrysost. hom. 39. in Matth. v. nus Caluinus, quia de numero talium paruulos paruolorum nec erat, nec esse voluit, vult omnino Christum a humiles per Sapientes notare viros doctos ac magnos sine villa virtutis non fert tatione, pauperes verà ignobiles ac viles personas sine villa vir Galuinus. tutis nota. Nempe ut locum facheret textoribus suis, coriariis, sartoribus, tonsoribus, & id genus aliis plebeis planèque indoctis hominibus, qui noui Euangelij Caluiniani præcipui præcōnes per Galliam, hoc Belgiam, & Angliam erant. Rationem adferit, quia etiam superbii ac feroce aliquando ad Apostolica munera à Deo vocantur, quod ex Pauli exemplo probat. Ceterum nec Paulus quum adhuc Saulus esset, ex mera superbia & ferocia talis erat, sed, ut ipsemet profitetur, zelator paternarū traditionum, & ex ignorantia peccans, nec qualicumque illam suam ferociam factus Apostolus retinuit, sed in alium virum conuersus parvulus erat; nec denique magis contra superbios quam contra doctos hoc exemplum facit, quum Paulus in lege Moysaica ante conuersionem doctissimus fuerit, ad pedes Gamalielis institutus, ut ipse Paulus profitetur. Tenenda igitur veterum Patrum saluberrima expositio, & nouella reliienda Caluini corruptio.

## IN MATTHÆI CAP. XII.

26. Si Satanas Satanam ejicit, aduersum se diuisus est.

**V**VM hæc prima Christi responsio ad illam Pharisæorum blasphemiam, quod in principe dæmoniorum dæmonia eiiciebat, locum habeat in illa dæmoniorum electione, quæ vera & efficax est, & qua inuitus dæmon ab homine pellitur, non autem de fictitia illa cessione qua per collusionem quandam eiici se dæmones etiam aliorum dæmonum opera interdum patiuntur, aut fingunt potius, de qua disputat S. August. in lib. 83. qq. q. 79. Caluinus fictitiam hanc & illusoriam dæmonis electionem Catho